et Stephani Hryniewicky Item in alio loco post Solotem versus Zadnie sedecim sulcos a terra Zadenska ad Zawila extendens inter metas successorum olim Falk et Haiewnik iacens cum agris pratis et omnibus utilitatibus nihil excepto dedit donavit inscripsit et in perpetuum assignavit. Cui iam ex nunc intromissionem realem cum possessione pacifica per Nobilem et Nobiles suos officiose acceptandam dat et admittit Pacemque tuitionem et evictionem omnimodam occasione praemissorum ab omni impedimento iuridico quarumvis personarum propinquarum et remotarum per omnes processus caveat sub damnis omnibus simplici taxatione et evincendis. Et coram officio praesenti castrensi Sbrasensi in primo citationis termino peremptoria responsione omnibus in universum iuris remediis et defensis legalibus impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores abscribendo.

Haiewnik Hryniewicki Exemptio.

Coram officio et actis praesentibus castrensibus capitaneatus Sbrasensis personaliter comparens Nobilis Laurentius olim Joannis Stanczewicz Hryniewicky sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia filius Nobilis Stanislai olim Joannis Haiewnik Hryniewicky ex obligatione bonorum immobilium in bonis Hryniewicze consistentium sibi per eum inscripta viginti Florenos Poloni persolvit ideo ipsum quietat inscriptionem cassat et de bonis ex nunc condescendit.

Woienski Brzeziny Obligatio.

Coram officio et actis praesentibus castrensibus capitaneatus Sbrasensis personaliter comparens Nobilis Paulus olim Joannis Brzezinsky sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit Quia Nobili Alberto filio Bartholomaei Woienskyi et ipsius successoribus bonorum in haereditate Brzeziny antiqua sitorum septem sulcos funes extendentes a terra Dobrogoska ad Przecze inter metas Grzegorzewicz et Alberti Brzezinsky Item in alio campo quatuor sulcos a terra Dobrogoska ad granicem Dolobowska inter metas ut supra In tertio campo octo sulcos funes extendens a pratagiis Lipnikow ad Przecze extendens inter metas ut supra iacens cum agris pratis rubetis et omnibus utilitatibus nihil excepto in summam sexaginta florenorum Poloni ad exemptionem obligavit et inscripsit. Cui iam ex nunc intromissionem realem cum pacifica possessione per Nobilem et Nobiles suos officiose acceptandam dat et admittit Pacemque tuitionem et evictionem omnimodam occasione praemissorum ab omni impedimento iuridico quarumvis personarum propinquarum et remotarum ad totum tempus tenutae eiusmodi caveat sub vadio simili aliarum summarum sexaginta florenorum Poloni. Et coram officio praesenti peremptorie responsione omnibus iuris remediis se et suos successores abscribendo.

Dabrowski Obligatio

Coram officio et actis praesentibus castrensibus capitaneatus Sbrasensis personaliter comparens Nobilis Stanislaus olim Valentini Brzeznicky sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Joanni olim Rosłani Dąbrowsky et ipsius posteris bonorum suorum immobilium in haereditate Cutarze sitorum in campo iarne duos sulcos incipiens a campo Dluzne ad granicem Kosnowska inter metas Nobilis Andreae Cutarsky et eiusdem Joannis Dąbrowsky iacens Item in campo ... sulcos